

rum flumen dimittantur. Ne quid eis noceretur, neve quis in-
vitus sacramentum dicere cogeretur, a Cæsare cavetur. Cæsar
ex eo tempore, dum ad flumen Varum veniatur, se frumentum
datum pollicetur. Addit etiam, ut si quid quisque eorum
in bello amiserit, quæ sint penes milites suos, iis, qui
amiserint, restituatur; militibus, æquâ factâ æstimatione,
pecuniam pro his rebus dissolvit. Quasumque postea contro-
versias inter se milites habuerunt, suâ sponte ad Cæsarem in
jus adierunt. Petreius atque Afranius, cum stipendium ab
legionibus penè seditione factâ flagitaretur, cujus illi diem
nondum venisse dicerent, Cæsar ut cognosceret, postulant,
eoque utrique quod statuit, contenti fuerunt. Parte circiter
tertiâ exercitûs eo biduo dimissâ, duas legiones suas an-
tecedere, reliquas subsequi jussit, ut non longo inter se
spatio castra facerent: eique negotio Q. Fusium Calenum le-
gatum præfecit. Hoc ejus præscripto ex Hispaniâ ad Varum
flumen est iter factum, atque ibi reliqua pars exercitûs di-
missa est.

Reliqui ad Varum, á los demás se les dé licencia junto al rio Va-
ro. *Cavetur a Cæsare*, ordena César no se le oblige á ninguno á
cumplir el juramento de seguir la milicia contra su voluntad.
Æstimatione æquâ factâ, valuándolo en su justo precio. *Adie-
runt Cæsarem in jus*, acudieron á que César les hiciese justicia.
Penè seditione factâ, faltando poco para amotinarse. *Ut non lon-
go spatío*, de modo que acampasen cerca unos de otros.

C. JULII CÆSARIS

COMMENTARIORUM DE BELLO CIVILI

LIBER SECUNDUS.

I. Dum hæc in Hispaniâ geruntur, C. Trebonius legatus,
qui ad oppugnationem Massiliæ relictus erat, duabus ex par-
tibus aggerem, vineas, turresque ad oppidum agere instituit.
Una erat proxima portui navalibusque, altera ad partem quâ
est aditus ex Galliâ atque Hispaniâ, ad id mare quod adigit
ad ostium Rhodani, Massilia enim ferè ex tribus oppidi parti-
bus mari alluitur. Reliqua quarta est, quæ aditum habet a
terra. Hujus quoque spatii pars ea quæ ad arcem pertinet,
loci naturâ et vallè altissimâ munita, longam et difficilem habet
oppugnationem. Ad ea perficienda opera C. Trebonius, mag-
nam jumentorum atque hominum multitudinem ex omni
provincia vocat, vimina, materiamque comportari jubet. Qui-
bus comparatis rebus, aggerem in altitudinem pedum octo-
ginta exstruit. Sed tanti erant antiquitas in oppido omnium
rerum ad bellum apparatus, tantaque multitudo tormentorum,
ut eorum vim nullæ contextæ viminibus vineæ sustinere pos-
sent. Asseres enim pedum duodecim cuspidibus præfixi, at-
que hi maximis ballistis missi, per quatuor ordines cratium
in terrâ defigebantur. Itaque pedibus lignis conjunctis inter

I. *Oppugnationem Massiliæ*, para el cerco de Marsella. *Agge-
rem, vineas, turresque*, empezó á formar terraplen, galerías y
bastidas. *Navalibusque, sup. officinis*, arsenales. *Quâ est aditus*
por donde se entra viniendo de. *Quod adigit*, que comunica con
la ria del Ródano. *Alluitur*, está rodeada de mar. *Pertinet*, que
mira al alcázar. *Altissima*, muy hondo. *Oppugnationem diffici-
lem*, hace largo y difícil el asedio. *Apparatus*, pertrechos de
guerra. *Ut nullæ vineæ*, que ningunos cobertizos de mimbres bas-
taban á resistir sus tiros. *Asseres cuspidibus præfixi*, unas vigas
de doce piés con puntas de hierro. *Per quatuor ordines*, pasando
por cuatro órdenes de estacadas. *Lignis pedibus*, uniendo entre
si maderos de un pie de grueso, se formó un cobertizo para pasar
los materiales de mano en mano...

se, porticus integebatur, atque hæc agger inter manus proferebatur. Antecedebat testudo pedum sexaginta, æquandi loci causâ, facta item ex fortissimis lignis, involuta omnibus rebus, quibus ignis jactus et lapides defendi possent. Sed magnitudo operum, altitudo muri atque turrium, multitudo tormentorum omnem administrationem tardabant. Tum crebræ per Albicos eruptiones fiebant ex oppido, ignesque aggeri et turribus inferebantur, quæ faciliè nostri repellebant milites, magnisque ultro illatis detrimentis, eos qui eruptionem fecerant in oppidum rejiciebant.

II. Interim L. Nasidius ab Cn. Pompeio cum classe navium sexdecim, in quibus paucæ erant æratæ, L. Domitio, Massiliensibusque subsidio missus, freto Siciliae, imprudente atque inopinante Curione, provehitur: appulsisque Messanam navibus, atque inde, propter repentinum terrorem, principum ac senatus fugâ factâ, ex navalibus eorum unam deducit. Hæc adjunctâ ad reliquas naves, cursum Massiliam versûs perficit; præmissâque clam naviculâ, Domitium Massiliensesque de suo adventu certiores facit, eosque magnopere hortatur, ut rursus cum Bruti classe, additis suis auxiliis, confligant. Massilienses post superius incommodum veteres ad eundem

Testudo pedum, corria delante un galápagos de sesenta piés, hecho para igualar el terreno (a). *Involuta omnibus rebus*, cubierta de cuantos reparos les defendiesen. *Operum*, de los baluartes de la ciudad. *Tardabant omnem administrationem*, retardaba todas nuestras maniobras. *Tum*, á esto se juntaban las continuas salidas que hacían los Albicos.

II. *Æratæ*, con espolones de bronce. *Imprudente atque*, cogiéndole desconfiado y desprevenido. *Provehitur*, órden: *L. Nasidius provehitur freto*, pasa el estrecho de Sicilia. *Navibusque appulsis Messanam*, y habiendo arribado á Mesina. *Deducti unam*, sup. *ex navibus*, sacó una nave de su arsenal. *Cursum perficit*, concluye su viaje. *Navicula*, barco. *Additis suis auxiliis*, prometiendo ayudarle con sus naves. *Superius incommodum*, el descalabro pasado...

(a) Esta máquina, de que se hace mención muy rara vez fuera de César, no es la misma que con el mismo nombre de *testudo* formaban los soldados poniendo los es-

condos sobre sus cabezas, pero era para el mismo fin de cubrirse de los tiros, piedras y dardos de los contrarios

numerum ex navalibus productas naves refecerant, summâque industriâ armaverant; remigum gubernatorumque magna copia suppetebat, piscatoriasque adjecerant atque contexerant, ut essent ab ictu telorum remiges tuti: has sagittariis, tormentisque compleverant. Tali modo instructâ classe, omnium seniorum, matrumfamilie, virginum, precibus et fletu excitati, ut extremo tempore civitati subvenirent, non minore animo ac fiducia quàm ante dimicaverant, naves conscendunt. Communi enim fit vitio naturæ, ut invisis, latitantibus atque incognitis rebus magis confidamus, vehementiusque extereamur, ut tum accidit. Adventus enim L. Nasidii, summâ spe et voluntate civitatem compleverat. Nacti idoneum ventum ex portu exeunt, et Tauroenta, quod est castellum Massiliensium, ad Nasidium perveniunt, ibique naves expediunt; rursusque se ad confligendum animo confirmant, et consilia communicant. Dextera pars Massiliensibus attribuitur, sinistra Nasidio. Eodem Brutus contendit, aucto navium numero. Nam ad eas, quæ factæ fuerant, Arelate per Cæsarem, captivæ Massiliensium accesserant sex. Has superioribus refecerat diebus, atque omnibus rebus instruxerat. Itaque suos cohortatus, quos integros superavissent, ut victos contemnerent, plenus spei bonæ atque animi adversus eos proficiscitur. Facile erat ex castris C. Trebonii, atque omnibus superioribus locis prospicere in urbem, ut omnis juvenus, quæ in oppido remanserat, omnesque superioris ætatis, cum liberis atque

Refecerant naves veteres ad eundem numerum, habían reparado igual número de naves cascadas. *Armaverantque summâ*, las habían pertrechado con mucha diligencia. *Suppetebat*, remeros y pilotos los tenían en abundancia. *Piscatorias*, barcos de pesca. *Contexerant*, y las habían guarnecido. *Tali modo*, aprestada así la armada. *Ut subvenirent*, para que acudiesen á la ciudad en el mayor peligro. *Fit enim vitio*, porque es mal ordinario de nuestra naturaleza el confiar mas, y aumentarse tambien mas nuestro miedo en cosas que ni vemos, ni alcanzamos, ni conocemos. *Et voluntate*, y buenos deseos. *Nacti ventum idoneum*, y así luego que sopló viento favorable se hicieron á la vela. *Tauroenta*, Tolon. *Expediunt*, disponen la escuadra. *Confirmant animo*, se animan. *Quos*, órden: *Ut contemnerent victos, quos superaverant integros*, que no los temiesen estando vencidos, cuyas fuerzas enteras habían vencido. *Facile erat prospicere in urbem ex castris*, sea era fácil ver desde los reales de C. Trebonio, y desde las alturas, cómo todos los jóvenes y ancianos.

uxoribus, publicisque custodiis, aut ex muro ad cœlum manus tenderent, aut templa deorum immortalium adirent, et ante simulacra projecti victoriam ab diis exposcerent. Neque erat quisquam omnium, qui non in ejus diei casu suarum omnium fortunarum eventum consistere existimaret. Nam et honesti ex juventute, et cujusque ætatis amplissimi, nominatim evocati atque obsecrati, naves conscenderant; ut si quid adversi accidisset, ne ad conandum quidem sibi quidquam reliqui fore viderent; si superavissent, vel domesticis opibus, vel externis auxiliis, de salute urbis confiderent.

III. Commisso prælio, Massiliensibus res nulla ad virtutem defuit: sed memores eorum præceptorum, quæ paulò antè ab suis acceperant, hoc animo decertabant, ut nullum aliud tempus ad conandum habituri viderentur; et quibus in pugna vitæ periculum accideret, non ita multò se reliquorum civium fatum antecedere existimarent, quibus, urbe captâ, eadem esset belli fortuna patienda: deductisque nostris paulatim navibus, et artificio gubernatorum mobilitati navium locus dabatur, et si quando nostri, facultatem nacti, ferreis injectis manibus navem religaverant, undique suis laborantibus succurrebant. Neque verò, conjuncti Albici, còminus pugnando

Publicis custodiis, con los cuerpos de guardia. *Neque erat quisquam omnium*, y no habia ninguno que no creyese que del suceso de aquel día pendia toda su fortuna y bien estar. *Honesti ex juventute*, los jóvenes nobles, y los más condecorados de toda edad. *Evocati atque obsecrati nominatim*, á quienes suplicaron y llamaron por sus nombres. *Ut viderent, ne quidquam reliqui fore*, de manera que si salia mal aquella empresa, veian no les quedaba el menor auxilio para hacer otros esfuerzos.

III. *Res nulla defuit ad*, nada omitieron en su defensa. *Ad conandum*, para hacer nuevas tentativas. *Et quibus periculum*, y os que muriesen en la pelea. *Non existimarent ita multò antecedere fatum civium reliquorum*, hacian cuenta que su muerte ño hacia mas que anticiparse un poco á la de los demás ciudadanos. *Nostris navibus paulatim deductis*, cuando vuestras naves estaban algo apartadas. *Et dabatur locus mobilitati navium artificio gubernatorum*, no solamente tenian lugar los contrarios para manejar las suyas por la pericia de los pilotos. *Nacti facultatem*, teniendo proporcion. *Religaverant*, habian apresado con los garfios. *Laborantibus suis*, cuando se hallaban en riesgo sus naves. *Neque verò*, habiéndoseles juntado los Albicos, no dejaban de pelear de cerca.

deficiebant: neque multum cedebant virtute nostris. Simul ex minoribus navibus magna vis eminus missa telorum, multa nostris de improvviso imprudentibus atque impeditis vulnera inferebant, conspicatæque naves triemes duæ navem D. Bruti, quæ ex signo facillè agnosci poterat, duabus ex partibus sese in eam incitaverant: sed tantum, re provisâ, Brutus celeritate navis enisus est, ut parvo momento antecederet. Illæ adeò graviter inter se incitatæ conflixerunt, ut vehementissimè utræque ex concursu laborarent; altera verò, perfractò rostro, tota collabefieret. Quâ re animadversâ, quæ proximæ ei loco ex Bruti classe naves erant, in eas impeditas impetum faciunt, celeriterque ambas deprimunt. Sed Nasidianæ naves nullo usui fuerunt, celeriterque pugna excesserunt. Non enim has, aut conspectus patriæ, aut propinquorum præcepta ad extremum vitæ periculum adire cogebant. Itaque, ex eo numero navium nulla desiderata est: ex Massiliensium classe quinque sunt depressæ, quatuor captæ, una cum Nasidianis profugit; quæ omnes citeriorem Hispaniam petiverunt. At ex reliquis una præmissa Massiliam, hujus nuntii referendi gratiâ, cum jam appropinquaret urbi, omnis sese multitudo ad cognoscendum effudit: ac, re cognitâ, tantus luctus excepit, ut urbs ab hostibus capta eodem vestigio videretur. Massilienses tamen nihilo segnius ad defensionem urbis reliqua apparare cæperunt. Est animadversum ab legionariis, qui dexteram partem operis administrabant, ex crebris hostium eruptionibus magno sibi esse præsidio posse, si pro castello ac receptaculo turrim ex latere sub muro fecissent, quam primò ad repentinos incursus humilem parvamque

Inferobant multa vulnera, causaban no pocas heridas á los nuestros desprevenidos y embarazados. *Incitaverant sese*, la acometieron por los dos costados. *Re provisâ*, pero advertido por Bruto, en un instante se adelantó á las dos. *Conflixerunt*, chocaron de tal suerte con el impetu que llevaban. *Ut utræque laborarent*, que ambas quedaron maltratadas del encuentro; pero una principalmente, rota la proa, se abrió. *Deprimunt*, las echan á fondo. *Desiderata est*, ni una siquiera peligró. *Effudit*, se despobló toda la ciudad. *Tantus luctus excepit*, fueron tantos los llantos. *Eodem vestigio*, sup. temporis, como si en aquel mismo momento, etc. *Nihilo segnius*, no por esto aflojaron en prevenir. *Administrabant*, que cuidaban de las obras de la mano derecha. *Receptaculo*, lugar de la retirada. *Quam humilem parvamque*, que al principio hicieron baja y pequeña contra las repentinas acometidas.

erant. Huc se referebant: hinc, si qua major oppresserat, propugnabant: hinc ad repellendum et prosequendum hostem procurrebant. Patebat hæc quoque versus pedes triginta, sed parietum crassitudo pedes quinque. Postea vero, ut est rerum omnium magister usus, hominum adhibitâ solertiâ, inventum est magno esse usui posse, si hæc esset in altitudinem turris elata. Id hæc ratione perfectum est. Ubi turris altitudo perducta est ad contabulationem, eam in parietes instruxerunt, ita ut capita tignorum extrema parietum structurâ tegerentur; ne quid emerret ubi ignis hostium inhaeresceret. Hanc insuper contignationem, quantum tectum plutei ac vinearum passum est, laterculo adstruxerunt: supraque eum locum quo tigna transversa injecerunt, non longe ab extremis parietibus, quibus suspenderent eam contignationem, quæ turri tegumento esset futura, supraque ea tigna directo transversas trabes injecerunt, easque asseribus religaverunt. Has trabes, paulò longiores atque eminentiores quàm extremi parietes erant effecerunt, ut esset ubi tegumenta præpendere possent ad defendendos ictus ac repellendos, dum inter eam contignationem parietes exstruerentur, eamque contabulationem summam lateribus lutoque constraverunt; ne quid ignis hostium

tidas. *Referebant se huc*, que se retiraban. *Si major vis oppresserat*, si venia mayor número de enemigos. *Patebat*, los lados de esta tenían de ancho treinta piés, y su grueso era de cinco. *Ut est rerum*, la experiencia, que acompañada de la sagacidad de los hombres es maestra de todas las cosas, enseñó, etc. *Contabulationem*, al primer piso. *Eam*, sup. *contabulationem instruxerunt in parietes*, recibieron las puntas de los maderos dentro de la pared. *Hanc*, órden: *Adstruxerunt insuper hanc contignationem laterculo*, después de este maderaje levantaron la fábrica de ladrillo cuanto se lo permitía la elevacion del mantelete y cobertizos (a). *Quibus suspenderent*, que habían de mantener el maderaje que había de cubrir la torre. *Transversas directo*, vigas atravesadas y derechas. *Religaveruntque eas asseribus*, y las ataron con abrazaderas. *Atque eminentiores quàm*, y de suerte que sobresaliesen fuera de las paredes. *Tegumenta*, parapetos para defender los tiros y rechazarlos. *Eamque contabulationem summam*, y aquel último piso lo allanaron con ladrillo y barro...

(a) *Vinea* y *pluteus* tenían el mismo uso, que era cubrir las obras de los soldados, aunque la materia era distinta.

nocere posset: centonesque insuper injecerunt, ne aut tela tormentis missa tabulationem perfringerent, aut saxa ex catapultis lateritium discuterent. Storeas autem ex funibus anchorariis tres in longitudinem parietum turris, latas quatuor pedes, fecerunt: easque ex tribus partibus, quæ ad hostes vergebant, eminentibus trabibus circum turrim præpendentes religaverunt, quod unum genus tegumenti aliis locis erant experti, nullo telo neque tormento transjici posse. Ubi verò ea pars turris quæ erat perfecta, tecta atque munita est ab omni ictu hostium, pluteos ad alia opera adduxerunt, turris tectum per se ipsum prehensionibus ex contignatione primâ suspendere ac tollere cœperunt; ubi quantum storearum demissio patiebatur, tantum elevabant. Intra hæc tegumenta abditi atque muniti, parietes lateribus exstruebant: rursusque aliâ prehensione ad ædificandum sibi locum expediebant. Ubi tempus alterius contabulationis videbatur, tigna item ut primò tecta extremis lateribus exstruebant, exque eâ contignatione rursus summam contabulationem storeasque elevabant. Ita tutò ac sine ullo vulnere ac periculo sex tabulata exstruxerunt, fenestrasque, quibus in locis visum est, ad tormenta mittendâ in struendo reliquerunt. Ubi ex eâ turri, quæ circum essent opera tueri se posse confisi sunt,

Lateritium, el enladrillado. *Fecerunt autem storeas tres*, hicieron tres esteras de cables á la altura de la torre, las ataron colgando de los cuartones que sobresalian al rededor de la torre. *Quod unum genus tegumentâ*, la cual manera de parapeto les enseñó la experiencia en otros sitios ser la única, etc. *Adduxerunt*, llevaron los manteletes para otras maniobras. *Ex contignatione*, desde el primer piso. *Prehensionibus*, con garruchas. *Suspendere ac tollere*, levantar y mantener el último techo. *Quantum demissio storearum*, cuanto lo permitían las esteras colgantes. *Aliâ prehensione*, levantando otra vez con la garrucha las esteras. *Ubi tempus*, cuando habían de echar otro suelo ponian como antes vigas que sobresalian de la extremidad de la pared y cubiertas. *Sex tabulata*, hicieron seis altos. *Reliqueruntque fenestras*, é iban dejando troneras. *In struendo*, cuando edificaban. *Ad tormenta mittendâ*, para arrojar tiros...

Centones, felpudos. Es dificultoso dar el término propio; pero el sentido es que sobre el rejado echaban mantas velludas, borra y cual-

quiera otra materia en que se embarazasen los tiros. *Catapultâ*, máquina armada con nervios para arrojar piedras.

musculum pedum sexaginta longum ex materiâ bipedali, quem a turri lateritiâ ad hostium turrim murumque perducere facere instituerunt: cujus musculi hæc erat forma. Duæ primùm trabes in solo æquè longæ, distantes inter se pedes quatuor, collocantur, inque eis columnellæ pedum in altitudinem quinque defiguntur. Has inter se capreolis molli fastigio conjungunt, ubi tigna, quæ musculi tegendi causâ ponant, collocantur. Eò super tigna bipedalia injiciunt, eaque laminis clavisque religant. Ad extremum musculi tectum, trabesque extremas, quadratas regulas quatuor patentes digitos defigunt, quæ lateres, qui super musculo struantur, contineant. Ita fastigiato atque ordinatim structo, ut trabes erant in capreolis collocatæ, lateribus, lutoque musculus, ut ab igne, qui ex muro jaceretur, tutus esset, contegitur: supra lateres coria inducuntur, ne canalibus aqua immissa lateres diluere posset. Coria autem, ne rursus igne ac lapidibus corrumpantur, centonibus conteguntur. Hoc opus omne, tectum vineis, ad ipsam turrim perficiunt, subitoque, inopinantibus hostibus, machinatione navali, phalangis subjectis, ad turrim hostium adnovent, ut ædificio jungatur. Quo malo perterriti subito oppidani, saxa quàm maxima possunt vectibus promovent, præcipitataque muro id musculus devolvunt. Ictum firmitas materiæ sustinet; et quidquid incidit, fastigio musculi elabatur. Id ubi vident, mutant consilium,

Columnellæ (diminutivo de columna), pies derechos. *Capreolis molli fastigio*, con abrazaderas de hierro, á manera de arco ó bóveda. *Religant laminis*, los atan con planchas y clavos. *Regulas quadratas*, cuartones de cuatro dedos de ancho. *Ita fastigiato atque structo ordinatim*, cubierto y techado así por su órden y con pendiente. *Supra lateres*, cubren los adobes con cueros para que el agua que iba por canales no los deshiciese. *Ne autem coria corrumpantur*, y para que no se rozasen ó quemasen los cueros. *Phalangis subjectis machinatione navali*, poniendo debajo rodillos con que se botan las naves al agua, la arriman tanto á la torre de los enemigos que estaba pegada al muro. *Promovent vectibus saxa*, mueven con palancas piedras las más grandes que pueden. *Devolvunt*, las echan á rodar del muro abajo sobre el argano. *Fastigio*, se resbala en su cubierta...

Musculum, máquina de guerra, que segun Covarrubias, el Diccionario de la Academia y el Padre Ferreros debe llamarse *argano*,

casi arcado, por ser máquina de arcos, de que usaban cuando se sitiaba un lugar murado.

cupas tædâ ac pice refertas incendunt, easque de muro in musculus devolvunt. Involutæ labuntur, delapsæ ab lateribus, longuriis furcisque ab opere removentur. Interim sub musculo milites vectibus infima saxa turris hostium, quibus fundamenta continebantur, convellunt. Musculos ex turri lateritiâ a nostris telis, tormentisque defenditur: hostesque ex muro ac turribus submoventur. Non datur libera muri defendendi facultas. Compluribus jam lapidibus ex eâ, quæ suberat, turri subductis, repentinâ ruinâ pars ejus turris concidit: pars reliqua consequens procumbebat.

IV. Tum hostes, turris repentinâ ruinâ commoti, inopinato malo turbari, deorum irâ perculti, urbis direptione perterriti, inermes cum infulis sese portâ foras universi proripiunt, ad legatos atque exercitum supplices manus tendunt. Quâ novâ re oblatâ, omnis administratio belli consistit: militesque aversi a prælio ad studium accendi et cognoscendi feruntur. Ubi hostes ad legatos, exercitumque pervenerunt, universi se ad pedes projiciunt: orant ut adventus Cæsaris expectetur, captam suam urbem videre, opera perfecta, turrim subrutam; itaque a defensione desistere: nullam exoriri moram posse, quominus cum venisset, si imperata non facerent, ad nutum e vestigio diriperentur. Docent, si omnino turris concidisset, non posse milites contineri, quin spe prædæ in urbem irrumperent, urbemque delerent. Hæc, atque ejusdem generis complura ut ab hominibus doctis, magnâ cum misericordiâ fletuque pronuntiantur. Quibus rebus commoti legati, milites ex opere deducunt, oppugnatione desistunt, operibus custodias relinquunt. Induciarum

Cupas, barriles llenos de teas y pez. *Longuriis furcisque*, y con pértigas y horquillas las apartan de los lados. *Hostesque*, y hacen retirar al enemigo de la muralla y torres. *Non datur*, sin dejarles facultad para defenderla. *Compluribus*, habiendo arrancado muchas piedras del cimiento de la torre se desplomó de repente un lienzo de ella, y lo restante quedaba amenazando ruina.

IV. *Perculti*, intimidados de estar los dioses enojados. *Cum infulis*, coronadas sus cabezas de vendas. *Proripiunt*, salen de la ciudad. *Omnis administratio*, cesó todo el aparato del bloqueo. *Ad studium*, acuden con el deseo de oír y saber lo que pasaba. *Ut ab hominibus doctis*, como gente que era instruída. *Magnâ cum*, causando compasion y lágrimas...

quodam genere misericordiâ factô, adventus Cæsaris expectatur. Nullum ex muro, nullum a nostris mittitur telum. Ut re confectâ, omnes curam et diligentiam remittunt. Cæsar enim per litteras Trebonio magnôpere mandaverat, ne per vim oppidum expugnari pateretur: ne gravius permoti milites, et defectionis odio, et contemptione sui, et diutino labore, omnes puberes interficerent, quod se facturos minabantur: ægrèque tunc sunt retenti, quin oppidum frumperent: graviterque eam rem tulerunt, quòd stelsse per Trebonium, quominus oppido potirentur, videbatur. At hostes sine fide tempus atque occasionem fraudis ac doli quærunt: interjectisque aliquot diebus, nostris languentibus atque animo remissis, subito meridiano tempore, cum alius discessisset, alius ex diutino labore in ipsis operibus quieti se dedisset. arma verò omnia reposita contactaque essent, portis se foras erumpunt, secundo magnoque vento ignem operibus inferunt. Hunc sic distulit ventus, uti uno tempore agger, plutei, testudo, turris, tormenta que flammam conciperent, et prius hæc omnia consumerentur, quam quemadmodum accidisset animadverti posset. Nostri repentinâ fortunâ permoti, arma, quæ possunt, arripiunt. Alii ex castris sese incitant. Fit in hostes impetus; sed e muro sagittis tormentisque fugientes persequi prohibentur. Illi sub murum se recipiunt, ibique musculum turrimque lateritiam liberè incendunt. Ita murorum mensium labor, hostium perfidiâ et vi tempestatis puncto temporis interiit. Tentaverunt hoc idem Massilienses postero die, eandem nacti tempestatem; majori cum fiducia ad alteram turrim, aggeremque eruptione pugnauerunt, mul-

Quodam genere induciarum, habiendo hecho por compasion cierto género de treguas. *Ut re confectâ*, como en negocio acabado, todos aflojan en el cuidado de pelear. *Ne milites permoti gravius*, no fuese que exasperados los soldados por el odio de la rebelion y desprecio de sus personas. *Omnes puberes*, á los mancebos. *Retentique sunt ægrè*, y con dificultad se les pudo contener que por entonces no asaltasen la plaza. *Tulerunt*, y llevaron esto muy á mal, pensando habia consistido en Trebonio, etc. *Sine fide*, faltando al tratado: buscan ocasion de poner en ejecucion sus engaños y traiciones. *Nostris languentibus*, habiendo los nuestros entibiado y aflojado. *Erumpunt*, salen de tropel. *Vento secundo magnoque*, valiéndose del viento que arreciaba y era favorable. *Ventus distulit sic hunc*, el fuego se extendió tanto con el viento. *Fortunâ repentinâ*, con el repentino accidente...

tumque ignem intulerunt. Sed ut superioris temporis contentionem nostri omnem remiserant, ita proximi diei casu admoniti, omnia ad defensionem paraverant. Itaque, multis interfectis, reliquos infectâ re in oppidum repulerunt. Trebonius ea, quæ sunt amissa, multò majore studio militum administrare et reficere instituit. Nam ubi tantos suos labores et apparatus malè cecidisse viderunt, induciisque per scelus violatis, suam virtutem irrisui fore perdoluerunt, quòd, unde agger omnino comportari posset, nihil erat reliquum, omnibus arboribus longè latèque in finibus Massiliensium excisis et convectis, aggerem novi generis atque inauditum ex lateritiis duobus muris, senum pedum crassitudine, atque eorum murorum contignationem facere instituerunt, æquâ ferè latitudine, atque ille congestus ex materiâ fuerat agger. Ubi autem spatium inter muros, aut imbecillitas materiæ postulare videretur, pilæ interponuntur, transversaria tigna injiciuntur, quæ firmamento esse possint; et quidquid est contignatum, cratibus consternitur, cratesque luto integuntur. Sub tecto miles dexterâ ac sinistrâ muro tectus, adversus plutei objectu, operi quæcumque usui sunt, sini periculo supportat. Celeriter res administratur: diurni laboris detrimentum solertiâ et virtute militum brevi reconcinatur. Portæ, quibus locis videretur, eruptionis causâ in muro relinquuntur. Quod ubi hostes viderunt, ea quæ diu longoque spatio refici non posse sperassent, paucorum dierum operâ et labore ita

Ut remiserant, así como habian antes aflojado en el teson. *Re infectâ*, sin que hubiese hecho cosa alguna. *Administrare*, cuidar y reparar con mayor conato de los soldados. *Malè cecidisse*, que habian sido malogradas tantas fatigas, etc. *Perdoluerunt*, sintieron en el alma que se hubiesen burlado de su valor. *Agger*, fagina. *Aggerem novi generis*, una trincherâ de nueva invencion. *Atque eorum*, y echarles un suelo casi tan ancho como el vallado que antes hicieron de maderâ. *Imbecillitas*, la poca firmeza del material. *Pilæ interponuntur*, ponen en medio pilares. *Quæ firmamento*, que diesen firmeza á la obra. *Quidquid est contignatum*, y cubrian la obra de maderâ en forma de enrejado, y este con barro. *Miles tectus sub muro tecto dexterâ ac sinistrâ*, los soldados cubiertos por la derecha é izquierda con estos muros techados. *Adversus*, y por frente con los parapetos. *Reconcinatur*, se repare por la industria, etc. *Eruptionis causâ*, para las salidas...

refecta, ut nullus perfidiæ neque eruptioni locus esset, neque quidquam omnino relinqueretur, quò aut vi militibus, aut igni operibus noceri posset: eodemque exemplo sentiunt totam urbem, quâ sit aditus ab terrâ, muro turribusque circumiri posse, sic ut ipsis consistendi in suis munitionibus locus non esset, cum penè inædificata in muris ab exercitu nostro mœnia viderentur, ac tela manu conjicerentur, suorumque tormentorum usum, quibus ipsi magna speravissent, spatio propinquitatis interire; parique conditione e muro ac turribus bellandi datâ, virtute se nostris adæquare non posse intelligunt, ad eandem deditiois condiciones recurrunt.

V. M. Varro in ulteriore Hispaniâ, initio cognitis iis rebus quæ sunt in Italiâ gestæ, diffidens Pompeianis rebus, amicissimè de Cæsare loquebatur: « præoccupatum sese legatione ab Cn. Pompeio, teneri obstrictum fide; necessitudinem quidem sibi nihilo minorem cum Cæsare intercedere: neque se ignorare, quod esset officium legati, qui fiduciarium operam obtineret, quæ vires suæ, quæ voluntas erga Cæsarem totius provinciæ. » Hæc omnibus ferebat sermonibus; neque se in ullam partem movebat. Postea verò, cum Cæsarem ad Massiliam distineri cognovit, copias Petreii cum exercitu Afranii esse conjunctas, magna auxilia convenisse, magnâ esse in spe atque expectatione, et consentire omnem citeriorem provinciam; quæque postea acciderant, de angustiis ad Ilerdam rei frumentariæ accepit; atque hæc ad eum latius atque inflatius Afranius perscribebat, se quoque ad mo-

Neque quidquam, y que ya no les quedaba arbitrio. *Eodemque exemplo*, con la misma facilidad. *Cum penè inædificata*, viendo que casi había levantado nuestro ejército otras murallas junto á la suya. *Usumque tormentorum suorum interire*, y que no podían manejar sus máquinas por la poca distancia. *Parique conditione datâ*, y que estando en la misma proporción.

V. *Rebus Pompeianis*, desconfiando de la victoria de Pompeyo. *Loquebatur amicissimè*, hablaba inclinándose al partido de César. *Præoccupatum legatione*, que habían tirado á ganarle por la mano con hacerle lugarteniente de Pompeyo; le detenía la palabra que había soltado; que no mediaban menores vínculos de amistad con César. *Obtineret operam fiduciarium*, cuya autoridad era prestada. *Omnibus sermonibus*, esto repetía en todas sus conversaciones. *De angustiis rei frumentariæ ad*, y luego que supo también la escasez de viveres que experimentaban en Lérida. *Perscribebat*, se lo escribía muy por menor y ponderándole Afranio.

tum fortunæ movere cœpit. Delectum habuit totâ provinciâ; legionibus completis duabus, cohortes circiter triginta alarias addidit; frumenti magnum numerum coegit, quod Massiliensibus, item quod Afranio Petreioque mitteret, naves longas decem Gaditanis ut facerent imperavit; complures præterea Hispali faciendas curavit; pecuniam omnem, omniaque ornamenta ex Fano Herculis in oppidum Gades contulit. Eo sex cohortes præsidii causâ ex provinciâ misit: Caiumque Gallonium, equitem Romanum, familiarem Domitii, qui eò procurandæ hereditatis causâ venerat, missus a Domitio, oppido Gadibus præfecit; arma omnia privata et publica in domum Gallonii contulit. Ipse habuit graves in Cæsarem conciones. Sæpe ex tribunali prædicavit, adversa Cæsarem prælia fecisse; magnum numerum ab eo militum ad Afranium perfugisse: hæc se certis nuntiis, certis auctoribus comperisse.

VI. Quibus rebus perterritos cives Romanos ejus provinciæ, sibi ad rempublicam administrandam sestertium centum et octoginta millia, et argenti pondo viginti millia, tritici modios centum viginti millia polliceri coegit. Quas Cæsari esse amicas civitates arbitrabatur, iis graviora onera injungebat; qui verba atque orationem adversus rempublicam habuissent, eorum bona in publicum addicebat, præsidiaque eò deducebat, et judicia in privatos reddebat: provinciam omnem in sua et Pompeii verba per jusjurandum adigebat. Cognitis iis rebus, quæ sunt gestæ in citeriore Hispaniâ, parabat bellum. Ratio autem hæc erat belli, ut se cum duabus legionibus Gades conferret, naves frumentumque omne ibi contineret: provinciam enim omnem Cæsaris rebus favere cognoverat. In insulâ, frumento navibusque comparatis,

Movere se ad motum fortunæ, comenzó también á moverse á la parte que soplaba la fortuna. *Alarias*, auxiliares. *Coegit*, acopió mucho trigo. *Gaditanis*, á los de Cádiz. *Hispali*, en Sevilla. *Conciones graves*, conversaciones injuriosas á César. *Perfugisse*, y que se le habían pasado á Afranio. *Hæc se certis*, y que de esto tenía noticias ciertas y por sugetos fidedignos.

VI. *Sestertium* (sestercios mayores). *Viginti millia pondo*, veinte mil libras de plata. *Orden: injungebat onera graviora iis (sup.) civitatibus, quas civitates arbitrabatur, etc.*; á las ciudades que conocía ser aliadas de César les echaba mayores impuestos, etc. *Deducebatque præsidia eò*, y pasaba allí con tropas; hacía procesos á los particulares; obligaba con juramento á toda la provincia á que le fuesen fieles á él y á Pompeyo. *Insulâ*, en Cádiz.

bellum duci non difficile existimabat. Cæsar, etsi multis necessariisque rebus in Italiam revocabatur, tamen constituerat nullam partem belli in Hispaniis relinquere: quod magna esse Pompeii beneficia, et magnas clientelas in citeriore provinciâ sciebat. Itaque duabus legionibus missis in ulteriorem Hispaniam cum Q. Cassio tribuno plebis, ipse cum equitibus sexcentis magnis itineribus progreditur, edictumque præmittit, ad quem diem magistratus principesque omnium civitatum sibi esse præsto Cordubæ vellet. Quo edicto tota provinciâ pervulgato, nulla fuit civitas, quin ad id tempus partem senatûs Cordubam mitteret; nullusve civis Romanus paulò notior, quin ad diem conveniret. Simul ipse Cordubæ conventus per se portas Varroni clausit, custodias vigiliisque in muro turribusque disposuit, cohortes duas, quæ Colonicæ appellabantur, cum eo casu venissent, tuendi oppidi causâ apud se retinuit. Iisdem diebus Carmonenses, quæ est longè firmissima totius provinciæ civitas, deductis tribus in arcem oppidi cohortibus a Varrone præsidio, per se cohortes eiecit, portasque præclusit. Hoc verò magis properare Varro, ut cum legionibus quamprimum Gades contenderet: ne itinere aut transjectu intercluderetur. Tanta ac tam secunda in Cæsarem voluntas provinciæ reperiebatur. Progresso ei paulò longius litteræ a Gadibus redduntur: simul atque cognitum sit de edicto Cæsaris, consensisse Gaditanos principes cum tribunis cohortium, quæ essent ibi in præsidio, ut Gallonium ex oppido expellerent, urbem insulamque Cæsari servarent. Hoc

Bellum duci, pensaba era cosa fácil prolongar la guerra. *Magnas clientelas*, y muchos apasionados. *Magnis itineribus*, á jornadas dobles. *Præmittitque edictum*, envia delante una orden en que decia el día en que los principales y magistrados estuviesen para recibir órdenes en Córdoba. *Paulò notior*, de alguna distincion. *Conveniret*, que no concurriese al día señalado. *Conventus*, el ayuntamiento. *Cum venissent eo casu*, habiendo llegado casualmente en aquella sazón. *Deductis tribus*, habiendo echado tres compañías que Varron habia puesto de guarnicion en el alcázar de la ciudad. *Transjectu*, el paso. *Tanta ac*, tan inclinados y favorables se manifestaban todos los de la provincia á César. *Progresso paulò*, habiendo andado bastante camino...

Colonicæ, llamábanse así por haberse reclutado de las colonias. Colonia es y era la gente enviada

de nuevo á habitar alguna ciudad pueblo ó region.

initio consilio, denuntiavisse Gallonio, ut sua sponte, dum sine periculo liceret, excederet Gadibus: si id non fecisset, sibi consilium capturos. Hoc timore adductum Gallonium Gadibus excessisse. His cognitis rebus, altera ex duabus legionibus, quæ Vernacula appellabatur, ex castris Varronis, adstante et inspectante ipso, signa sustulit, seseque Hispaniam recepit, atque in foro et portibus sine maleficio consedit. Quod factum adeò ejus conventus cives Romani comprobaverunt, ut domum ad se quisque hospitio cupidissimè reciperet. Quibus rebus perterritus Varro, cum itinere converso sese Italicam venturum promississet, certior a suis factus est, præclusas esse portas. Tum verò, omni interclusus itinere, ad Cæsarem militum paratum se esse legionem cui jusserit tradere ille ad eum Sext. Cæsarem mittit, atque huic tradi jubet. Traditâ legione, Varro Cordubam ad Cæsarem venit: relatis ad eum publicis rationibus cum fide, quod penes eum est pecuniæ tradit, et quod ubique habeat frumenti ac navium ostendit.

VII. Cæsar, habitâ concione Cordubæ, omnibus generatim gratias agit civibus Romanis, quòd oppidum in sua potestate studuissent habere; Hispanis, quòd præsidia expulissent; Gaditanis, quòd conatus adversariorum infregissent, seseque in libertatem vindicassent; tribunis militum, centurionibusque, qui eò præsidii causâ venerant, quòd eorum consilia suâ virtute confirmassent: pecunias quas erant in publicum,

Dum sine, cuando podia hacerlo sin riesgo. *Capturos consilium sibi*, tomarian providencia. *Adstante*, á su presencia y vista enarboló los estandartes. *Consedit sine maleficio*, hizo alto sin inquietar á nadie. *Reciperet* (sup. illos), que á porfia los hospedaban en sus casas. *Itinere converso*, torciendo el camino. *Italicam*, Alcalá del Río (a). *Relatis*, habiéndole dado cuenta de los caudales de la ciudad fielmente. *Tradit*, le da los que tiene en su poder.

VII. *Infregissent*, porque habian desbaratado los intentos de sus contrarios, y se habian puesto en libertad...

Vernacula, tenia este nombre, y no se le puede dar otro. *Vernaculus*, a, um, cosa del país, de la tierra, doméstica, de *verna*, æ, esclavo nacido en casa. *Lingua vernacula*, el idioma patrio. *Verna-*

cula consuetudo, costumbre de la familia.

(a) Patria de Silio Itálico, y de tres emperadores, Trajano, Adriano y Teodosio el mayor.

Varroni cives Romam polliciti remittit; bona restituit iis, quos liberius locutos hanc poenam tulisse cognoverat: tributis quibusdam publicis, privatisque praemissis, reliquos in posterum bonâ spe complet, biduumque Cordubæ commoratus, Gades proficiscitur; pecunias, monumentaque, quæ ex sano Herculis collata erant in privatam domum, referri in templum jubet: provinciâ Q. Cassium præficit. Huic quatuor legiones attribuit: ipse iis navibus, quas M. Varro, quasque Gaditani jussu Varronis fecerant, Tarraconem paucis diebus pervenit. Ibi totius ferè citerioris provinciæ legationes Caesaris adventum expectabant. Eadem ratione privatim ac publicè quibusdam civitatibus habitis honoribus, Tarracone discedit; pedibusque Narbonem, atque inde Massiliam pervenit. Ibi legem de dictatore lalam, seseque dictatorem dictum a M. Lepido prætore cognoscit.

VIII. Massilienses omnibus defessi malis, rei frumentariæ ad summam inopiam adducti, bis prælio navali superati, crebris eruptionibus fusi, gravi etiam pestilentia conflictati ex diutina conclusione et mutatione victus (panico enim vetere, atque hordeo corrupto omnes alebantur: quod ad hujusmodi casus antiquitus paratum in publicum contulerant), dejectâ turri, labefactâ magna parte muri, auxiliis provinciarum et exercitum desperatis, quos in Caesaris potestatem venisse cognoverant, sese dedere sine fraude constituunt. Sed paucis ante diebus L. Domitius, cognitâ Massiliensium voluntate, navibus tribus comparatis, ex quibus duas familiaribus suis attribuerat, unam ipse conscenderat, nactus turbidam tempestatem, est profectus. Hunc conspicatæ naves, quæ jussu Bruti consuetudine quotidianâ ad portum excubabant, sublatis

Remittit, perdona el dinero que los ciudadanos romanos habian prometido á Varron para la causa pública. *Locutos liberius*, por haber sido libres en hablar. *Complet*, los llena de buenas esperanzas para en adelante. *Monumenta*, alhajas. *Legationes*, embajadores. *Pedibus*, por tierra.

VIII. *Adducti ad*, reducidos á la mayor escasez de viveres. *Fusi*, derrotados en continuas salidas. *Ex conclusione diutina*, por el largo cerco y mudanza de alimentos. *Panico vetere*, de panizo añejo y de cebada dañada. *Contulerant in publicum antiquitus*, que muchos años antes tenían almacenada. *Auxiliis desperatis*, perdidas las esperanzas de que los socorriesen. *Sine fraude*, de corazon. *Nactus turbidam tempestatem*, á favor de una espesa niebla. *Excubabant ad portum*, que estaban cerca del puerto en observacion todos los dias.

anchoris sequi cœperunt. Ex iis unum ipsius navigium contendit, et fugere perseveravit, auxilioque tempestatis ex conspectu abiit; duo perterrita concussu nostrarum navium, sese in portum receperunt. Massilienses arma tormentaque ex oppido, ut est imperatum, proferunt: naves ex portu navalibusque educunt, pecuniam ex publico tradunt. Quibus rebus confectis, Cæsar magis eos pro nomine et vetustate, quàm pro meritis in se civitatis, conservans, duas ibi legiones præsidio relinquit, ceteras in Italiam mittit: ipse ad urbem proficiscitur.

IX. Iisdem temporibus C. Curio in Africam profectus ex Sicilia, et jam ab initio copias P. Actii Vari despiciens, duas legiones ex quatuor, quas a Cæsare acceperat, et quingentos equites transportabat: biduoque et noctibus duabus navigatione consumptis, appulit ad eum locum, qui appellatur Aquilaria. Hic locus abest a Clupeis passuum duo et viginti millia, habetque non incommodam æstate stationem, et duobus eminentibus promontoriis continetur. Hujus adventum L. Cæsar filius cum decem longis navibus ad Clupeam præstolans (quas naves, Ulicæ ex prædonum bello subductas, P. Actius efficiendas hujus belli causâ curaverat) veritus navium multitudinem, ex alto refugeret; appulsaque ad proximum littus trireme contractâ, et in littore relietâ, pedibus Adrumetum profugerat. Id oppidum C. Considius Longus unius legionis præsidio tuebatur. Reliquæ Cæsaris naves ejus fugâ Adrumetum se receperunt. Hunc secutus M. Rufus Quæstor navibus duodecim, quas præsidio onerariis navibus Curio ex Sicilia eduxerat, postquam relictam in littore navem conspexit, hanc remulco abstraxit: ipse ad Curionem cum classe redit. Curio Marcum Uticam navibus præmittit: ipse eodem cum exercitu proficiscitur: biduoque iter progressus, ad flumen Bagradam pervenit: ibi C. Caninium Rebilum legatum cum legionibus relinquit; ipse cum equitatu antecedit ad castra

Tempestatis, de la niebla. *Pro nomine et vetustate*, mas en atencion de lo famosa y antigua que era la ciudad.

IX. *Appulit*, aportó. *Hic locus abest*, dista este lugar de Zafara. *Stationem non incommodam*, una bahía no mala en verano. *Curaverat*, habia hecho reparar. *Ex alto* (sup. *rari*), de alta mar. *Trireme contractâ*, una nave de tres ordenes de remos cubierta. *Adrumetum*, á Sisa. *Abstraxit remulco*, la llevó á remolque. *Bagradam*, Megrida. *Ad castra*, á reconocer el campo de Cornelio.